non differendo ad quietonem ultra proximos terminos officii praefati Castren. Capit. Praemislien. Debitum non sibi non recipien. nullasque motiones appellationes ac earum prosequationes facien. tum praemissa omnia paenis simplicibus vel tricatis eximibus dispensationibus fatalis Juris praeventione termini bello conventione neque tum aliis quibuscunque Juris remediis et defensis non subterfugiendo nec quovis modo evadendo parti suae inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Actum in Castro Praemisliensi Feria Tertia Post Festum Visitationis Beatissimae Virginis Mariae Proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo

4/VII 1651

Markowic Bassom coniugibus Vendit

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Praemislien. Honestus Lucas Markowicz olim Honesti Nicolai Markowicz Cerdonis et Incolae Suburbii dicti Zasanie Praemislien. filius sanus mente et corpore existens recedendo a foro iure Jurisdictioneque sua quavis propria et competenti posthabita praesenti vero Castren. Capit. Praemislien. Jurisdictioni in se successoresque suos ac bona sua generaliter omnia quo ad actum hunc attinet benevole assumpta profes sam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria infrascripta mediam sortem suam se regulam post Parentes suos in hortulanalia dicta Markowska iure divino et naturali successione concernen. Cum omnibus eorundem bonorum

Jure

Perfect. Induxit Zedzianowski mpria

Jure dominii proprietate haereditate tituloque haereditario omnibusque
et singulis dictorum bonorum utilitatibus fructibus pro
ventibus redditibus obventionibus attinentiisque et pertinentiis ge
neraliter universis Nihil ex praemissis Juris dominii propri
etatis haereditatis tituli praetextus ac cuiusvis competentiae
et praerogativae pro se suisque successoribus aut cuipiam alio
reservando seu excipiendo verum prout eadem bona
se in suis metis et limitibus ab antiquo extendunt
et protenduntur et prout eadem bona ipsemet Re
cognoscens tenuit habuit et possidebat ipsumque ltime con
cernebant ac eidem serviebant Jam ex nunc et
de facto Honestis Wasko Bassa fratri suo ger
mano et Annae Harasimkowna coniugibus ltimis
cerdonibus et Incolis Praemisliensibus in praefato sub
urbio Praemisliensi Zzaraa eorumque posteris pro sum
ma Centum florenorum polonicalium realiter et de facto per
se recognoscentem levata et percepta de qua praefatos
Honestos Bassos coniuges levata et percepta praesentibus
quietat emittit liberosque et absolutos pronunciat et facit
vendidit inscripsit et resignavit prout praesentibus vendit
inscribit et resignat perpetuo et in aevum. Jamque ex
nunc et de facto idem Recognoscens praefatis Bassom
coniugibus eorumque posteris Coram Officio praesenti in
bona praefata praesentibus resignata dat et admittit realem
Intromissionem et actualem paccamque possessionem per Ministerialem
quemcunque competentem et Nobiles clusos sine etiam cum
ramo viridi iuxta normam et observantiam Juris Magde
burgensis die quacunque voluerint Officio acceptandam per
ipsos Honestos Basko et Annam Bassow coniuges et
eorum posteros bona praedicta praesentibus vendita et resigna
ta cum suis utilitatibus et emolumentis attinentiisque
et pertinentiis generaliter universis tanquam sua propria
et haereditaria tenendi habendi et possidendi illisque
pacifice et quiete utifruendi ac ad usus suos suorumque
successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter con
vertendi Debetque et tenebitur idem Recognoscens Honestus
Lucas Mackowicz prout se ac suos successores in et super
bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniariis quibusvis
habitis et habendis suprascriptis Honestis Wasko et Annae
Bassom coniugibus ltimis et ipsorum successoribus inscribit

et obligat ipsos et eorum succores in dictis bonis praesens
venditis et resignatis eorundem bonorum ab omni et quavis
impetitione iurca quarumcunque personarum cuiuscunque
conditionis status et sexus existentium exorientibus In omni
Judicio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit
tueri defendere evincere intercedere et eliberare in-
demnesque cum posteris reddere Neque non bona praesen-
tia praesens vendita et resignata ab omnibus in genere
iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super
eadem bona cuius personarum modo quocunque factis
et faciendis Tum etiam a quibusvis Citationibus in eadem
bona impetratis et impetrandis lucris deniq et prolucris
processibusque iuris quibusvis in quocunque puncto et gra-
du iuris dependentibus In quovis Judicio et Officio Regni obtentis
et obtinendis super eisdem bonis praesens resignatis perdu-
ctis et perducendis emundare et eliberare mundaque
et libera semper facere ac etiam Intromissionem praefatam
coram Officio praesenti admissam in fundo bonorum
praefatorum praesens resignatorum dum per Mlem et
Fles Officiales requiretur aut etiam cum rem viridi iux-
ta observantiam iuris Maideburgensis non denegare imo
debebit et tenebitur eandem libere dare et admittere
Dataque et admissa eadem possessionem et usumfructum
praemissorum omnium quovis modo tam per se quam per suas
quasvis submissas et subordinatas personas non impedire
nec adimere ipsosque emptores suos in praemissis omnibus nullo
modo iniuriari ita ut eadem bona praesens vendita et
resignata videlicet Honesti Bassowie coniuges quiete et
pacifice praesentis Inscriptionis vigore tenere habere et possidere
queant Idque sub vadio similis summae Centum
florenorum polonicorum per eundem Resignantem sive eius succe-
ssores praefatis emptoribus suis eorumque posteris ob non
completionem praemissorum omnium et singulorum tam in
parte quam in toto toties quoties opus fuerit absolvendi
succumbendi Pro quo quidem vadio modo praemisso
absolvendo succumbendo ac pro re aliqua principali
ex praemissis non completa complendo Citatus ex tunc
mentionatus Resignans Honestus Lucas Markowicz sive

eius

eius posteri Ad instantiam supra scriptorum Honestorum Wasko et Anna Bassow coniugum, citatorum emptorum suorum sive eorum posterorum Ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliense seu aliud quodvis competens ex tunc recessu suprascripto quoad vendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere rendere vadium praefatum luere Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne indicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat Eundem primum peremptorium terminum et alios omnes exinde consequentes causa eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorenni tate successorum legione intra vel extra Regnum servitio militari ad emictorem ad munia vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo Ad quietonem ultra proximos terminos Officii praefati Castrensis Capitanealis Praemisliensis sive etiam alicuius competentis, dilationem sibi non recipiens mittans omnes appellationes ac earum prosequutiones faciens tu... omissa omnia penitus simplicibus vel tricatis evasionibus fatalibus Iuris remediis Inscriptione terrae bello conventione neque tum aliis quibusvis Iuris remediis et defensis non subterfugiens nec quovis modo evadendo Praesenti hac Inscriptione ad omissa omnia et singula mediante

Actum in Castro Praemisliensi Feria Quinta Post Festum Visitationis Beatissimae Virginis Mariae Proxima. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo.

6/VII 1651

Lezanski Horodyskiemu Oblatio

Comparens personaliter Coram Officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus, Hlis Wasko Lezanski